

H
B
18
14 (115)

SANCTISSIMÆ
 DEI-PARÆ
 SUB
 FRAGRANTI
 NAZARETH
 Titulo
 NUNCUPATÆ



*A M bene cum florem redolet, Virgo aurea, nomen,
 Ingenij primum flos Tibi munus erit.
 Flos simul, & fructus Tibi sint hæc dona laboris,
 Queis nisi nil gratum, qui Tuus extat honos.
 Nempe Tuū est, quidquid mens spirat, & halat odoris,
 Et modo fac roseum, vernet ut ante decus.
 Audeat & forsan siquis violare decorem;
 Ingenij facilem præstet acumen opem.
 Sic licet hic venti persflent, fremat horridus Auster,
 Serta prius Thesum florea conde sinu.
 Auxilijs faveat mihi blandior aura ferenti:
 Nominis & flores protegat illa Tuos.
 Ungue petant alij, careant quod nomine, flores;
 Virgineum hi nomen, quo tueantur, habent.
 Hos modo Divino precor ò lege pollice, Virgo,
 Cum digito nequeant nobiliore legi.
 Flos Tibi nomen inest, nomen mihi floribus extat.
 Nominis utque Tui, sit quoque cura mei.*

D.V.O.&C.